



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1705

VD18 15298639

14. Cognitio & amor officiorum Dei.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)

Dilectio.

Quapropter, Deus meus & omnia, diligo Te super omnia; quia in te reperio omnia: æstimo super omnia: desidero Te super omnia, adoro, veneror, laudo & glorifico Te super omnia: uniri Tibi cupio super omnia: extra Te omnia arbitror ut sterco-
ra, quo Te possideam, & æternùm Te perfruar, Deus meus & omnia.

Aspirationes.

I. Domine, quid mihi est in calo. & à Te quid volui super terram? Psal 72. 24.

II. Exulta anima mea, & cum omnia possidentem ita presentem habeas, ne quare foris, quod intus contines: ut quid effundis cor tuum, & instabilis mente per multa vagaris? Quare unum bonum, in quo sunt omnia, & sufficit. S. Aug. in Man. c. 34.

III. O Deus meus & omnia! Quid extra Te desidero! Quàm avarus est, cui Tu non sufficis!

P A S S U S XIV.

Cognitio & Dilectio aliorum
Officiorum DEI.

T E X T U S.

Dignus es Domine Deus noster

accipere gloriam, & honorem, & virtutem; quia Tu creasti omnia, & propter tuam voluntatem erant, & creata sunt. Apoc. c. 4.

Cognitio.

I. **D**omine Deus meus, præter antedicta attributa & perfectiones tuas alia sunt encomia & officia sublimissima & piissima, quæ circa nos mortales exerceas, omnemque cordis nostri amorem jure meritissimo exigunt. Tu enim 1. *Creator* noster es, qui nos & omnia ex nihilo condidisti. 2. Tu es *Conservator* noster, qui assiduo influxu tuo nos & omnia in essentia conservas. 3. Tu es *Provisor* noster, qui providentiâ plus quam paternâ & maternâ, de omnibus necessariis nobis provides. 4. Tu es *Gubernator* noster, qui nos mediis externis & internis, legibus & exemplis, illustrationibus & afflictionibus, minis & promissis, beneficiis & flagellis ad finem nostrum dirigis. 5. Tu es *Dominus* & *Monarcha* noster supremus, omne tam proprietatis, quam jurisdictionis jus & dominium in nos possidens.

II. Tu 6. es *Redemptor* noster, quia nos Sathanæ servos effectos, & æternæ damnationis

tionis reos, redemisti, & ad jus hæreditatis
 cœlestis transtulisti. 7. Tu es *Illuminator*
 noster, qui depulsiſt tenebris, fide, cognitio-
 ne ſupernaturali, revelatione & lumine glo-
 riæ colluſtras. 2. Tu es *Sanctificator* noster,
 qui Angelos & homines tuæ ſanctitatis com-
 munionem ſanctificas. 9. Tu es *Refugium* no-
 ſtrum, *Suſceptor* noster, & *Protector* noster,
 ad quem in omni tribulatione recurrimus,
 & protegimur. 10. Tu es *Adjutor* noster,
 qui ad reſurgendum à peccatis, ad Sathanæ
 inſidias ſuperandum, ad benè operandum
 & perfeverandum, nobis auxilium præbes.

III. Tu 11. es *Fortitudo* noſtra, cujus ope
 hoſtes noſtros vincimus, carnis & mundi
 blandimenta ac martyria ſuperamus. 12. Tu
Pater noster es, qui nos filios tuos bonis tuis,
 donis gratiæ, gloriæ, & hæreditate cœleſti
 beas. 13. Tu es *Pax* noſtra, in qua ſecurè re-
 quieſcimus. 14. Tu es *Vita* noſtra, quâ vivi-
 mus, ſine qua morimur. 15. Tu es *Spes* no-
 ſtra, *Gloria* noſtra, & *Salus* noſtra, quia
Author es donorum gloriæ, in quibus ſalus
 æterna conſiſtit, ſimulque es objectum ſa-
 lutis æternæ. Te enim videre, amare, gu-
 ſtare, frui, æterna vita eſt tua & omnium
 Sanctorum.

Dilectio.

O mi Deus, quot titulos & cauſas habeo

Te toto corde diligendi ; si quælibet ex his meritò totius cordis mei amorem requirit ; quid omnes simul exigent ? O quantum sumus Tibi debitores, Domine Deus noster, tanto redempti pretio, tanto salvati dono, & tam glorioso adjuti beneficio ? O quantum à nobis miseris estimendus, amandus, benedicendus, laudandus, honorandus & glorificandus, qui sic nos amasti, sic salvasti, sic sanctificasti, sic sublimasti ? S. Aug. Med. c. 17.

O vita mea, salus mea, Creator, Conservator, Adjutor, Protector ! In Te credo, in Te spero, Te super omnia diligo. Occupa totam regionem animæ meæ, ô Rex Regum ! ut Te solum esuriam & sitiam, ad Te suspirem, tuamque mellifluam faciem videre æstuante concupiscam.

O exultatio mea summa, possideam Te ! O beatitudo sempiterna, obtineam Te ! O vita beata, dulcedo immensa, fortitudo mea maxima, refugium meum & Liberator meus, diligam Te ; sis mihi turris fortitudinis, & spes mea dulcis in omni tribulatione mea.

Aspirationes.

I. Quid retribuam Domino pro omnibus, qua retribuit mihi ? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Psal. 115. 13.

II. O quantum à nobis miseris es amandus, quos sic amasti, salvasti, sublimasti ! S.

Aug.

Aug. l. c. *Benedic anima mea Domino, & omnia, quae intra me sunt, nomini sancto eius.* Psal. 12.

III. O Vita, sine qua morior! O veritas, sine qua fallor! O via, sine qua devio! O salus, sine qua pereco! O lumen, sine quo in tenebris ambulo! In te solo vivo, sine te morior: in te aliquid sum, extra te nihil. *Granatensis.* Tibi firmiter adhæreo, tibi intimè jungi aveo, te toto cordis mei sinu complector.

P A S S U S XV.

Cognitio & Dilectio Domini nostri JESU Christi.

T E X T U S.

Si quis non amat Dominum nostrum JESUM Christum, anathema sit. 1. Corinth. 16.

Cognitio.

I. T U mi JESU, es totus amabilis, totus desiderabilis, quia es Filius Dei, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Ad Coloss. c. 2. unâ cum omnium